

j Idem Roderic. Mendez in volumi-  
ne in scripto Poblacion Gene ral de Es-  
paña cap. 4. fol 8 Tapia in dict. tract.  
de Illustracion del Renomb re de Gran-  
de n. 28. ibi: Fundó Univer sidad en ella pa-  
ra la Religion, y buenas artes, dotandola en  
diez mil ducados de renta.

k Quiero que me deis satisfacion à mi, y al  
mundo, del modo de tratar estos mis vasallos, y  
de no hazerlo, con que en respuesta de esta, vea  
yo executados exemplares castigos, en los que  
hubieren excedido en este parte, me dare por  
deservido. Y asseguraos, que aunque no lo re-  
medies, lo tengo de remediar y mandaros hazer  
gran cargo de las mas leves omisiones en esto,  
por ser contra Dios, y contra mi, y en total rui-  
na, y destruccion de estos Reynos, cuyos natu-  
rales estimo, y quiero seã tratados como lo me-  
recen Vasallos, que tanto sirven à la Monar-  
quia, y tanto la han engrandecido, y ilustra-  
do. Quam refert D. Ioann. Solorzanus  
vtrouique in Epist. dedic. tom. 2. de In-  
diar. Guuern. & Polit. Ind.

lenta redituum, & voluminum su-  
pelectille cumulavit. Heu lachry-  
mabilem tot prodigijs PHILIPPI  
iacuram! Ille populorum Aman-  
tissimus Parens iacet extinctus!  
Neq̄ expectabitur amplius inter  
Mortales vultus ille, auctoritate  
grauissimus, humanitate gratissi-  
mus. Heu quantum in vno PHILIPPO  
vniuersitas amisit! Quas  
debet huic funeri stipendiarias la-  
chrymas terrarum Orbis! Eiusque  
è præcordijs dilecta Mexicus! Li-  
beat inter gloriosa huius Regis Se-  
natus Consulta illud tantum de-  
promere, quo vt Indorum calami-  
tatibus subveniret, & seruitia per-  
sonalia radicitus abolenda pro-  
scriberet, ad calcem miranda verba  
subiecit, quæ in originali & vidi, &  
legi, & totidem sibi, non humane  
solum, verum & diuinæ gloriæ qua-  
estus, æterno compaginando fœno-  
re paratura immortales, & nun-  
quã temporibus rubiginanda præ-  
conia planè crediderim. &

Quantus ergo fuit eius ardor in  
extruendo hoc Mexicano Augu-  
stali.

Itali, & diuino Sanctificio! Qua  
dignitate structuræ, quo lapidum  
splendore, qua partium omnium  
magnificentia, tota hæc Archite-  
ctonices conchyliato tapetio; ver-  
miculato opere, Campanico picto  
peristromate compacta resplendet,  
ingentes fornices auro plurimo  
collucètes, fimbriatæ porticus, ap-  
tam toti ædificio materiæ, & pul-  
chritudinem collineantes, & ab  
anno 650. Numorū quaterdecies  
millia centena, & quinquaginta  
millia insumpta fuisse patefacit  
expensarum supputatio, & calculi  
produnt exhibita ratiocinia. Quæ  
Ecclesiam nouem (quãdiu vixit)  
Pontificibus insigniri præfecit,  
quotquot adsumus in hoc profæ-  
nio pusilli cum maioribus, quot-  
quot adstamus in hoc podio maio-  
res cum pusillis declamamus; Ma-  
nus tuæ fecerunt nos, & plasmauerunt  
nos. Et Limanam Ecclesiæ Cathed-  
ralis Hieropolim in feracissimo  
Peruvio anno 625. Deo maximo  
primam ex Indijs dicendam cu-  
rauit cum ante quatuor laberen-  
tur

l. Constat ex rationijs nuper exhibi-  
tis ab Æconomo Fabricæ materialis, quæ  
tradita sunt Ignatio de Paz Calculatori  
in maiori quaestura rationum.

m. Apparet ex Gazophilacio huius  
Metropolitane Ecclesiæ nouem fuisse ad  
eamdem Archi-Episcopos præsentatos  
Sedi Apostolicæ à Catholica Maiestatis  
PHILIPPI IV. Hi ergo fuerunt Illustris-  
mi Domini D. FRANCISCUS MANSO,  
& ZUNIGA. D. FRANCISCUS BERDUGO.  
D. FELICIANUS de VEGA. D. IOAN-  
NES de PALAFOX, & MENDOZA. D.  
IOANNES Saenz de Mañozca D. MAR-  
CELUS Lopez de Azcona. D. MATHEUS  
de Sagade Bugueiro. D. DIDACVS Ol-  
sorio de Escobar & Llamas. D. ILDE-  
PHONSUS de Cuevas Daualos.

n. D. Thomas Tamayo de Vargas in  
lib edito nomine Hist. del Brasil, & A-  
mericæ pag. 73 Ægidius Consalvus Da-  
vila in theat. Eccles. S. E. Limanæ in  
vita Archi-Episcopi Gundisalbi de O-  
campofol. 16. Tapia vbi supra n. 39.  
pag. 17.

o. Imperia quatuor fuere FERDINANDI QVINTI. COGNOMENTO CATHOLICI. CAROLI QVINTI MAXIMI. PHILIPPI SECVNDI PRUDENTIS, ET PHILIPPI TERTIJ SANCTI. Consule nostra tempestatis oraculum Ioannem de Solozarno Pereira de Iure Indiar. lib. 1. cap. 16. num. 102. Pedraza in Hist. Eccl. Regni Granatensis 3. p. cap. 44. a fol. 156.

p. Con ocasion de haverse tratado por Don Alonso de de Cardenas mi Embaxador de Inglaterra de la renunciacion de la paz de esa con aquella Corte ha perdido de nuevo el Protector. Cremi el lo que se contiene en el articulo, de que va aqui copia en materia de la Inquisicion, y de la conciencia. Y si bien yo estoy con animo delivrado, y constante de arriesgar antes todos mis Reynos, y derramar la vitima sangre de mis venas, que ceder en cosa alguna, q sea en deservicio de Dios, ni en el menor perjuizio de la paz de nuestra Sagrada Religion. Ordeno al Consejo, que con esta inteligencia, y noticia de mi determinacion me consulte luego, lo que pareciere, y se ofreciere para la respuesta, que en este punto se ha de dar al Protector. Et aliud Oraculum posteris tradidit consignantius: Yo quedo con particular cuidado de lo que representais: Pues en el favor de la Inquisicion no doy ventaja a ninguno de mis Antecessores. Quæ decreta, & alia quam plurima zelo Religionis enuciata à Catholicissimo PHILIPPO IV. posteritati mandat Illustrissimus Dominus D. Nicolaus Rodriguez Fermosinus in tom. Allegation. Fiscal. Lugduni cussu anno 663. Epist. dedic. ipsi Potētissimo, & Pijissimo Regi Sacrata.

tur Imperia, vt PHILIPPI Encomiistan magnificus fidei competeret apparatus. Uentilemus historias, euoluantur Annales, exarentur Gazæ, & à secretis Supremi Concilij abditissima Regesta, aut recõdita Orgia, & compertum iri patefiet, neque ex Progenitoribus vllum, neque ex glorioso Auo, aut Prudentissimo Parente, tot monita Catholica, regioque decreta pro exaltanda fide, æreis pugillaribus expolienda. Pro auspiciando integerrimo Sanctæ fidei, & Inquisitionis Officio, quæ nuper aureo Cætophylacio Episcopus Austurifensis connumerat, inter quæ, id tantum, quod anno 655. quando cum Anglicis, spe dirimēdi belli, aliquot fœdera oportebat iniri, pascisci que, hoc consultum, quod margine denotatur, supremo fidei Senatui, æqui, rectique tenax, emisit. P Quot beneficia à summis Ecclesiæ Pontificibus indulgenter accepit, quanti eius studium erga Religionem habebatur à Paulo v. Gregorio XV. Urbano VIII. Innocentio

centio X. & Colendissimo Domino Alexandro VII. Qualis PHILIPPI spiritus in profliganda Hæreticorum perfidia? Augustior ex vniverso Dynasta Beatissimus Urbanus aureo diplomate 9 testatur. Quis vnquam Rex, aut vlla creatura mortalis à Vicario Christi hæc verba dulcedinis, & reverentiæ plena, spectare suspicaretur?

9. Refer hoc diploma D. Ioann. Anton. de Tapia, & Robles dict. libello de la Illustracion del renombre de Grande num. 32. pag. 67.

Charissimo in Christo filio nostro PHILIPPO Hispaniarum Regi Catholico.

VRBANVS VIII.

CHARISSIME in Christo filio nostro, salutem, & Apostolicam benedictionem. Militat Cælum pro pietate Maiestatis tuæ, cuius consilia, dum fidei propagationem, & salutem Christianitatis quærent, Angelicæ legionis terra, marique, propugnabunt. Audiuimus, quas tempestates Britanna Classis minitetur Regionibus fidelium. Quæ tamen attulit Pontificiæ sollicitudini

dini segetem maroris, ex ea fructus percepit victoria, & solatij Hispana virtus. Consolentur Duces Anglicani anxias infidelium spes primo acceptæ cladis nuncio. Certè Cadix temerè ab illis oppugnatus docere potuit exteras Nationes, quos sibi milites Religio, & Hispania seponat. Gratulamur Maiestati tuæ hoc inimici cladis tyrociniū, & triumphorum tuorum rudimentum. Cæterum assiduis precibus oravimus Dominum potentem in prælio, ut ijs victorijs lætificet **MAIESTATEM TVAM**, quæ gaudia Angelorum sint, & Ecclesiæ trophæa. Idem significavimus nobilibus viris Oratoribus tuis, qui **REGIAS** literas reddiderunt. Mentē verò **NOSTRAM** fusè declaravit Nuncius Apostolicus, ei ergo fidem habere poterit **MAIESTAS TVA**, cui benedictionem nostram amantissimè impartimur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die 17. Decembris 1625. Pontificatus nostri anno tertio.

Et licet gestahucusq̃ pro **PHILIPP**  
**PI** pietate foelicissima sint, profecto nullū collatitia suffragatione foeli-

foelicus, quam cum Romæ ab eodem Sanctissimo Urbano militia, aut sodalitas Conceptionis Beatæ **MARIÆ** Virginis erecta fuisset, is conspirantē nutu Regum omnium totius orbis, **PHILIPPUM** velut grande fidei Satellitium, Religionis murum, & sodalitatē eiusdem Numen nuncupavit meritò tutelare. r

Asi secunda tituli series, & appositi argumenti fuffim vocat ad plañctum instituta materies, nefastus enim, & fatalis ille September Austriorum semper cruenta laniena, qui invictos **CAROLUM V. PHILIPPUS** Secundum, & Tertium è medio substulerat, s̄ accessit; cum duodecima Aurora crepuscula patefaceret, & **PHILIPPUS** toto noctis concubio, sub pulvino proiacuerat insomnius, se prorsus exinanire, tantumque stomachum, & caput evigere Archiatis querebatur elanguens, postquam ille paralyticus, vel comitialis morbus, aut diarrea hepatica multiplici lapsu irrepfit ad venas, viscera com-

r Refert Tapia n. 20. pag. 11. cuius verba meritò notanda sunt: Ten este año debió à U. MAGESTAD *fiestas tan raras la RELIGION Christiana, que si por ellas se merece el renombre de GRANDE, no pueden negarsele Roma, Francia, ni Inglaterra, que las vieron, ni todo el mundo, que las confiesa. Y assi como à PRINCIPE, cuyo mayor assumto es, la exaltacion de la Fé, la obediencia à la Santa Sede Apostolica, y la extirpacion de las heregias, aviendo se instituido en Roma la RELIGION MILITAR DE LA INMACULADA CONCEPCION DE LA SANTISSIMA VIRGEN MARIA, en que se juran estas tres cosas, LA SANTIDAD DE VRBANO VIII. le eligio en 12. de Enero de 624. por Protector de ella con beneplacito de todos los Principes Christianos. Et legenda est Bulla super hoc expedita, quæ adest 4. tom. Bullarj noui. fol. 40. 41. 42. Arman. Seraph pag. 138 Dominus Anton. Calderon in lib. pro titulo Immaculatae Conceptionis cap. 4. §. 3. fol. 59. & cap. 5. §. 28. à n. 184. fol. 286. vique ad fol. 313.*

s̄ Guadalax. in Hist. Pont. 4. p. lib. 7. cap. 5.

t. Cuius rei gerendæ veritas pro auctoramento est Epist. missa Excellentissimo Duci Austrogobiæ à Don Hieronymo à Mascareñas equite Calatrauz à cõsilijs Regis in Senatu Ordinum pridie, & postridie in Conventu Portugaliz Leirensi Episcopo designata.

v. Sic huiusmodi verba describit Ambrosius Marlianus in theat. polit. cap. 27. fol. 295.

x. Henricum 8 hominem peccati vocat P. Francisc. Suarius in defensione fidei ad versus Anglicanos lib. 5. cap. 17. Titulus DEFENSORIS FIDEI CATHOLICÆ à Leone X. Pontifice Maximo Henrico VIII. Anglia Regi concessus fuit, propter libellum de Sacramentis, quem piè, & Catholice adversus Lutherum vulgavit. Quem titulum ipsemet Henricus, postea fidei hostis, caterique accessores, qui eius sectam potius quam scripturam amplexati sunt (proh dolor!) amiserunt. Docet Vir iste, qui docet omnes P. Suarius vbi supra lib. 1. per totum. Et Andreas Viçtorellus in addit. ad Ciacon. de vitis, & gestis Pontif. in vita V. R. B. A. NI VIII.

y Suarez dict. lib. 5. cap. 7. & nuper D. Didac. Benauidius, & de la Cueva Comes S. Stephani in Hor. suc. & orac. diuin. super capit. 3. Genes. 5. 2. pag. 305. ibi: Quid Henricum VIII. infelicem Angliæ Regem commemorem, dum humana pariter, ac divina iura pervertit; ut avaritiam, & dignitatem augeat, omnia perdidisse, & extremum desperata voce fatetur.

meavit, artusque remeatibus exaruerè. \* Statim à cubiculo medicorum congregata provincia definiit, sententiam mortis à Pœnitentiario indicendam esse PHILIPPO, quam serena fronte, integroq̃ sensu condici præstolabatur. Mox culparum piacula, & maculæ reatus confessione abstergere saragebat, & cum à Magnesijs, à cubiculo, & camerali ordini adscriptis, & Patriarcha sciscitaretur, an cœlestes esset viaticum in publico conferendum? Heu perditissima Neronis vox in Calsio, turpiter vixi, turpiter moriar, & in Suetonio. Vsq̃ adeò mori miserum, Heu tremebunda Anglicorū Regis Henrici vox, qui vocabatur homo peccati, omnia perdidimus. ¶ Heu alacris, & vellificanda Magni PHILIPPI vox, & verba veluti syngrapha cõsecraneæ immortalitatis Imperio: Quiero que entienda todo el mundo, que muero como Rey Catholico, y con esto mis vasallos me encomendarán a Dios.

Hæc moriendi hortamina PHILIPPVS à Catholicis didicit genito-

nitoribus; cum ars rite, rectèque moriendi à radicibus Austrijs congruat, vt quæ cum dominio vernulè transitoria, cuius normæ è primis, nostra tempestate, peperit argumentum Proavus ille tuus invictissimus CAROLVS V. qui cum Saxonica pugna effigiem Christi de Cruce pendentis ab impio hoste traiectam glande vidisset, rupit in hæc verba: Princeps vere pie vlciscere hanc iniuriam, extendensque dexteram lachrymis madefactam, ait, hac dextera Christe potes; & illico parta victoria, hostes ad genua Caroli cecidèrè, sed inspirantius attestatur Sandovalius in morte parasse trophœum, dum eidem Obnoxius vociferatur, In me manes, ego in te maneam, & invocato dulcissimo nomine IESVS spiravit. ¶ Prodeat Proavus alter tuus PHILIPPUS Secundus intractado Imperij nervo nulli secundus, dum abcessui propinquus maximo PHILIPPO Tertio, vt comitatis vlnis, & suo bládiretur, pro tabulario Crucifixi imagine, & disciplinarum pun-

z. Commemorant Marlianus in dict. theat. polit. cap. 27. fol. 287. Iustus Lipsius in monitis, & exemplis politicis lib. 1. cap. 2. non fol. 178. Nicolaus Caufinus de Regno Dei dist. 22.

¶ Ad literam refert hæc verba Illustrissim. D. Prudentius à Sandoval in Hist. Huius Imperatoris pag. 334. post lib. 32.

b Refert ad litteram Guadalax in dict. Pontif. lib. 7. cap. 5. pag. 425.

c Idem Guadalax. fol. 428. Sed alia teneritudinem, & Religionem spirantia verba, nec prætermitenda retulit Frater Aloisius à Sancto Hieronymo in orat. fun. paneg. habita in Exequijs PHILIPPI Secundi, & extat in libello, qui incipitur Octava sagradamente culta, Centenario del vnico milagro del Escorial. pag. 265. He querido que os halléis presente, Hijo mio, para que veais en que paran las Monarquias deste mundo. Ruego: mu. ho, que quando os veais en prosperidades, os acordéis de esta cama, de estos horrores, de estos mengos, de estos tragos, de este ataud. de esta mortaja: Terminó indefectible de las mayores glorias de el mundo; que al passo que fueron mas crecidas estas, son mas sensibles estos asios. La cama siempre fue recuerdo del sepulcro; y la naturaleza necessita al hombre a suelta tan frequente, por que esta le acordasse reperida la sepultura! Porro es la cama a quien no duerme en ella; cordales de dar ormento, sus cuerdas, bueltas reperidas sus ornillos; v. da que corre sus sortijas, tumba esse Cielo; paño funeral esta calcha; y estas sabanas seran mortaja presto.

d Ita advertit Marlian. dict. theat. polit. cap. 27. fol. 287. Quintana in lib. de la antigüedad de Madrid, lib. 3. cap. 54. fol. 370.

e Gundisalv. de Cespedes in Hist. Philippi IV. lib. 1. cap. 18. pag. 32. Guadalax. in Pontif. 5 part. lib. 17. cap. 2. pag. 43. Quintana dicto lib. cap. 54.

punctorijs, pyxide custoditis ad virtutes allecat, his verbis ab historia eiusdem non defæcandis indecoræ traductionis ineptia: *Mi Padre el Emperador, teniendo en su mano este Crucifixo Santo, dio el alma à Dios, yo deseo morir con el, y suplico à su Magestad os haga tan dichoso, que quando llegue la muerte le podais tener, llevandolo en la mano, y coraçon el triumpho de la Redempcion humana, y con las disciplinas podeis mezclar vuestra sangre cõ la de vuestro Abuelo, y Padre.* Et verba, quæ cum spiritu emisit, eiusdè chronographia describit: *Muerto como Catholico en la Fé, y en obediencia de la Yglesia Catholica Apostolica Romana.* Prodeat gloriosus Parens tuus Hispaniarum Rex inclitus, qui omnes Agarenos tanquam Catholicæ fidei hostes ab omnibus suis ditionibus, tan prudenter, quàm religiosè funditus extruxit. Nõne fertur, multoties dixisse, mallè Regnis omnibus privari, quàm Deum semel iniuria afficere? & cum esset Christo proximus clamitabat: *Temo, y confio, porque si Dios es misericordioso, tãbien es justo.* Qua

Qua pietate animi PHILIPPUS, demissione cordis cum nihil sibi excoluit antiquius, quam vt animum sordibus expiatum Sanctissimo Eucharistiæ ferculo faginare; aderat cœlestis panis, qui illi futurus erat ad æternitatis convivium saluberrima prælibatio, & in vita dulcissimum fuit ad immortalitatem edulium, f in exanguis, & arido illo filicernio strigola facies pallore suffusa, cadaverosa macie de pressæ genæ, halitus velut emortuus sterilescens, reciprocabantur & pœnitentiæ macerata districtio, & erga Deum lachrymosa dilectionis affectio coram tremendi Crucifixi imagine, sub cuius clypeo Parens, & Avunculi animas superis credidere. Astipulatur mihi id, quod de Divo Vincentio miratur Augustinus, dum ait: *Tanta pœnarum asperitas seuebat in membris, tanta sonabat in verbis, vt miro modo putaremus, Vincentio patiente, alium non loquentem torqueri, & vere ita erat, caro enim patiebatur, & spiritus loquebatur.* & Expostulâs deinceps

f Legendus est aureo calamo consignandus D. Didac Benavidius, & de la Cueva Comes S Stephani in diuin. orac. super cap. 2. Genes. 4. 3. fol. 274. referens insignia verba ibi: *Agnovit hanc Eucharistia virtutem Princeps noster verè Catholicus PHILIPPVS IV. Magnus Hispaniarum Monarcha. Concusserant vndique imperium nuperis annis potentissimi hostes, iunctis manibus Ibera regna invadabant, funditusq; evertere parabant. Quid tum Rex PHILIPPUS? Augustam Eucharistiam in Regiam duci, & solemniori pompa deinceps coli iussit. Ecquod hoc consilij in tanta rerum turbatione, tot inter pericula? Utique Sapientissimū. Et iterum eodem § Sed rectius PHILIPPVS Rex veram, verendamque, non vniuersalem Eucharistiam pertinacissimis hostibus, gravissimis periculis opposuit. Fæstè, feliciterque cecidit. Quotquot Hispanici Imperij Splendorem oblique intuentur amplitudinem agrè ferunt, plaudebant exitio, seu mox conspiciendo, sed versa sunt vices. Vicit PHILIPPUS fides, claruit sapientia, enituit fortitudo toto pugantis in orbe, vt alibi expendimus. Patuit Eucharistia virtus, qua fretus Princeps Catholicus cominus, eminusque, vt licuit pro Imperij vastitate, & hostium multitudine certans omnium impetus retudit, vires fregit. Et rursus omnino conspiciendus est à fol. 336. vsque ad fol. 361.*

h. Lib. 7. Epistolar. Epist. 58.

j Paral. cap. 22. vers. 10.

inceps sacro Oleo corpusculum obliniri, vt tanto Sacramento fidē acuminaret, & partes inungendas, & ritus cum verbis eisdem Ministris præsignans: verè, & lepidè suffragatur Ambrosius, inquiens: *Verè Dominus propitius est Imperio, quādoquidem talem Principem, & Parentē Principum legit, cuius virtus, & potestas in tanto Imperij constituta culmine triumphali, tanta sit humilitate subnixa, quod virtute Imperatores, humilitate vicerit Sacerdotes.*<sup>h</sup> Sed quod naturæ vires vellicavit ardentius, id erat, quod mansuetissimus ille Rex serenissimum Principem, gratam coniugem Reginam, iucundam Imperatricem vt extremo salutareret amplexu, ad se proclamari iussit; & velut Nutritius delicatum Infatulum benedictionis oblectamine foecundavit; pietatisque suæ spiramen, & clementiæ venas trāstulit in puerperium, cui é sindone dexteram porrigit deosculandam, quasi Paralipomenon verbis: *Et ipse erit mihi in filium; & ego ero illi in Patrem; Ubi Episcopus Leiriensis*

sis à circumstantibus tantum expectata verba recenset: *Dios por su misericordia divina os haga mas dichoso q̄ ami.* Quibus effatis spectaculum hoc è medio auferri iussum est, vt lachrymarum maria diceffus temperaret. Post hæc tenerā Imperatricē alio informat documento, vt eius iucundissimæ Parēti obsequeretur humillima, officiosa pareret. Cum ergo tanto cruciamine totus PHILIPPUS prosiliret in luctus, lachrymæque oculos eliquarent, ingressa est Suprema Regina, sæpius è mœrore revocata ne de tanta tragædia discedere videretur, vel ex Chryfologo: *Ne esset societatis singularitas destituta, aut confusa coniunctio: i* vel ex Nazianzeno; *Ne amoris perfectioni deesset vnitas, aut ex sodalitiij exercitio esset relegata pluralitas: k* Uel ex Bernardo, cōcinnius: *Erat ambobus alterutrum grata presentia, dulce consortium, suave colloquium. l* Quis lachrymarum congressus? Quot dolores salutabunda Regina antea dissimulans, & ignis, quem in trase abscondebat, triste

j. Chryfolog. serm. 99.

k. Orat. in laudem Gorgoniæ Sororis.

l. Serm. 26. super Cantica explicans ea verba, sicut tabernacula Cedar.